

de filios vestros pariter in

Et si quis locum suum
habet in terra vestra
et locum suum voluerit
placuit ei et si voluerit

Quoniam cum servare eis
fecerit voluntate huius
qui in eis est ipse meus
fuerit et non est in eis.

Antem in his pallis in

terra vestra serventur.

Et in terra vestra cum

terra vestra serventur.

et si quis locum suum

In terra vestra

que terra vestra est

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

placuit ei et si voluerit

~~AM 76~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
IB 56. ———
SIGNAT. 61515CCCXIII.





DISPUTATIO V.

DE

LOCO ET
TEMPORE.

Cujus themata

In illustri Academia Viadrina

SVB

Divini Numinis auspicio

&

PRÆSIDIO

M. JOANNIS GEORGII FICLERI,

DRESDENSIS MISNICI

defendenda suscepit

TOBIAS MAGIRVS

Angerm: March.

Ad diem 7. Novembris

ANNO

IesV Da nobis paCeM. 1604

Horis matutinis, Loco consueto.

Typis

NICOLAI VOLTZII. 19



VIRIS IUVENIBVS

Ortus nobilitate fulgidis, virtutum honestate cultissimis,
artium humanarum divinarumq; cognitione instructissimis

Dn. HENRICO SANTMANNO Lubecens. Sax.

Dn. AVGVSTO VOLGENADT VVratisL: Sil.

Dn. IOHANNI à COSCHENBAR von Skorkavv auffs
Schollendorff Eq: Sil.

Dn. BARTHOLEMAEO HEMPELIO Gurensi Sil.

Dn. IOHANNI CHRISTIANO FICHARDO Francof. ad Moem.

Dn. GEORGIO REIFF Francofurtano March.

Dn. VVOLFFGANGO ENICH Sil. hæredi auffs Dirschowitz.

Reverendi & Clariss: Viri

Dn. D. JACOBI EBERTI *ἰσορροπέζοις* & *convictoribus*

Amicis ac Fautoribus suis summis.

S. P.



Ra tibi labijs sugenti grata Lyæj

Pocula cur fundant, te licio Caupo lateat.

Te lateat heus Olitor clepsydræ spargere guttas

Oribus obstructis cur renuere pori.

Sæpe stupefcentem vidi diducere velle

Fauce, Fabrum, clausâ, follis utrumq; latus.

Neve cucurbitulæ potent cur carne cruorem

Vtenti Tonsor sordidus ipse feret.

Quippe locum tempus, viuens in tempore, viuens

Inq; loco, minimè plebis amurca tenet.

Non hæc ergo faber, caupo, non sordide Tonsor

Non olitor capies rustice dona tibi.

Aut quis alius nucis emptor, cuius aselli

Auriculas monstrant tempora, more Midæ.

Sed vos qui nôstis quid distent æra lupinis

Artibus ingenuis quis tribuendus honor.

Vos siquidem quis nosse neget? Quæis enthea partim

Pectora fervere legis amore sacræ;

Astræam partim terris qui reddere vultis

Atq; Machaoniâ laude ferire polum.

Hæc præsentem loco, præsentem tempore de me

Nunc alijs vacuo, sumite muneribus.

Tenuta sunt, fateor philyrâ spectantibus: At non

Tenvia sunt, animum sin tueare bonum.

Tobias Magirus Angr: March.

DISPUTATIO V.
DE
LOCO ET TEMPORE.

Respondente
TOBIA MAGIRO

Angerm: March.

THEMA I.

PERGAMUS in nobili illa rerum naturalium scientia. Cessatio enim ingenuo studioso ignavia est. Scalig. exerc. 344. sect. 2.

II. Pergamus inquam, nec multi faciamus, qui scientias curiosa veritatis ludibria vocare pro solenni habent. Scaliger exerc. 307. sect. 26.

III. Licet enim scientia nostra ferè nihil sit aliud, quàm formosa quaedam opinatio, qua imbuti ad formosorem non rarenter scientiam iter sternimus. Piccol. lib. de placit. phil. in proem.

IV. Ad eam tamen qui anhelant intrepidè, me CHRISTE, non indigni quos neq; senium senes faciat, neq; natura lex vita destituat, nisi meliorem vitam instituisset ipsa. Scalig. exerc. 340.

V. Proinde loci & temporis considerationem precedentibus jam subjungemus; siquidem de his differere naturalis Philosophi est. Conimb. sup. lib. 4. phys. in proem.

VI. Differitq; Aristoteles primùm de loco, quia tempore, imò & motu prior est. Simplicius super lib. 4. phys. in princip. fol. 90.

VII. Non prius tamen de loco, quàm de motu differuit, quia ille affectio externa; hic interna. Conimb. ibid.

VIII. Qui autem an omninò locus sit, dubitant; inertes sunt Philosophi, in quibus & amentia. Cas. lapid. phil. ad lib. 4. phys. c. 1. quest. 1.

Proularis

IX. Popularis quippè opinio, ratio, experientia, sensusve illos apertè convincunt. Cas. ibid.

X. Physici verò esse de loco differere ostenditur, partim quod omnia corpora naturalia certis includantur locis; partim quod nullus absq̃ loco motus absolvatur. Arist. 4. phys. c. 1. t. 1.

XI. Et missis alijs loci significationibus, proprij, extrinseci, sensibilis & naturalis loci disquisitionem hic instituimus. Confer Velcur. com. phys. lib. 1. c. 38. & Tolet. 4. phys. quest. 8. fol. 122.

XII. Ubi præ-omnibus illius proprietates sunt adducenda. Ex his enim cognoscendi via nobis paratur. Aristoteles 1. de anim. c. 2. t. 19.

XIII. Illarum 1. Continere illud, cuius locus est Arist. 4. phys. c. 4. t. 30.

XIV. Seu: Esse terminum corporis continentis. Perer. lib. 11. phys. c. 1.

XV. Unde Toletus: Locus debet continere, id est, circumscribere & determinare. Tolet. super l. Arist. c.

XVI. 2. Nihil esse ipsius rei contentæ. Arist. ibid.

XVII. 3. Aequalem esse locato, neq̃ majorem neq̃ minorem, nec plus nec minus quam locatum continere. Ibid.

XVIII. 4. Non esse unquam extra corpus, & tamen cum est cum corpore habere separabilem corporis, quod in semetipso est, substantiam. Ibid.

XIX. 5. Esse aut sursum aut deorsum. Arist. ibid.

XX. 6. Unumquodq̃ corpus naturale in suum locum naturaliter ferri, ibiq̃ manere & quiescere. Ibid.

XXI. 7. Proprietas: Locum habere virtutem & potentiam attrahendi ad se corpora naturalia. Ex Aristotele 4. phys. cap. 1. t. 4.

XXII. Habere vim generandi, conservandi & perficiendi locatum. Arist. 4. phys. c. 1. t. 4. & c. 5. t. 48. & 49.

Etc.

XXIII. 9. Esse immobilem. Arist. 4. phys. c. 4. t. 41.

XXIV. Hinc definitur hoc modo: Locus est terminus primus corporis continentis immobilis. Arist. l. d.

XXV. In loco autem est aliquid dupliciter: Vel Potentia vel actu. Arist. t. 44.

XXVI. Potentia in loco sunt partes corporis, quæ à toto separata non sunt. Ibid.

XXVII. Actu in loco sunt totum, & partes etiam integrales à toto diuulse. Ibid.

XXVIII. Quæq; actu in loco, sunt iterum vel per se, vel per accidens. Arist. ibid. t. 45.

XXIX. Per se sunt omnia corpora quæ per se mouentur, & quæ quoq; tota locum mutant. Arist. ibid.

XXX. Per accidens, quæ non per se; sed ijs, quibus insunt, motis, mouentur, ut accidentia & anima. Arist. l. d.

XXXI. Cælum verò est in loco Analogicè, eminentiori quodam modo quam corpora inferiora; vel non nisi per accidens ratione partium. Arist. t. 46.

XXXII. Nec unum corpus in diuersis locis per naturam eodem temporis momento esse potest. Vel cur: com. phys. lib. 39.

XXXIII. Nec duo corpora simul possunt esse in vno loco. Conimb. ad lib. 4. c. 5. quæst. 4. art. 1.

XXXIV. Porro ad physicum pertinet etiam de vacuo tractare an sit vel non. Arist. 4. phys. c. 6. t. 50.

XXXV. Ad determinandum autem quid circa hoc dicere oporteat definitionem nominis accepit Aristoteles. Tolet ad c. 7. t. 57. 4. phys.

XXXVI. Descripsit q; sic: Vacuum est locus, vbi nihil est: seu, in quo non est corpus. Arist. 4. phys. c. 8. t. 57. & 60.

XXXVII. Non dari verò multis demonstrat Arist. l. d. à t. 64. usq; ad 86.

XXXVIII. Ubi concludit: nec esse vacuum separatum; (id est, expers corporis) nec omnino (extra corpora) nec in raro; (corporibus insertum, quod rarefactionis sit causa) nec potestate; (corporibus immistum, licet ratione ab eis diversum. Arist. t. 86.

XXXIX. Nisi quis vacui nomine abuti velit pro causa motus; sic enim admitti potest ac debet; quia materia gravitate & levitate affecta, prout est eiusmodi lationem efficit Conimbr. super. l. c.

XL. Esto quatenus mollitudinem & duritiem obtinet non movendi; sed patiendi & resistendi, atq; alterationes subeundi causa habeatur. Ibid.

XLI. Sed his de loco & vacuo expositis, tempus est, ut ad eam, qua de tempore traditur, doctrinam veniamus. Perer. lib. phys. 11. c. 12.

XLII. Et tempus esse affirmant homines omnes, idq; persentiunt, & praesertim senes; quid autem sit, summa difficultate percipiunt. Piccol. lib. de com. affect. c. 13.

XLIII. Loquimur de tempore eo, quod sumitur pro communi quadam affectione sequente motum. Piccol. l. d.

XLIV. Definit Aristoteles illud hoc modo: Tempus est numerus motus secundum prius & posterius. Aristoteles 4. phys. c. 11. t. 101.

XLV. 1. Per numerum hic non numerans: sed numeratus intelligitur. Arist. ibid. t. 102.

XLVI. 2. Dicitur numerus motus: Licet enim tempus non sit ipse motus, ut quidam opinati sunt, quos redarguit Arist. 4. phys. c. 10. t. 94. non tamen ipsum sine motu esse potest. Arist. 4. phys. c. 11. t. 97.

XLVII. Ut sensus definitionis sit: Id quod numeratur, numerari potest in motu tempus esse: vel motum tempus esse, non
qua

qua motus & actus quidam est: sed qua numeratur, & qua illi
accidit numerari. Arist. 4. phys. c. 11. t. 102.

XLVIII. Demum additur in definitione secundum prius
& posterius: quia motus bifarium accipi potest: uno modo,
ut est actus Entis in potentia: altero ut habet partem priorem
& posteriorem. Arist. 4. phys. c. 11. t. 110.

XLIX. Docet itaque Aristoteles tunc nos in temporis cog-
nitionem pervenire, cum priore & posteriore motus parte appren-
sa, motum ipsum distinguamus. Arist. ibid.

L. Partes temporis sunt Præteritum & Futurum, quæ
per tunc seu nunc, continuantur. Arist. 4. phys. c. 13. t. 125.

LI. Ita ut tunc seu nunc, seu præsens, seu temporis mo-
mentum instans non sit pars temporis, quia pars omnis metitur to-
tam & ex partibus totum componitur. Nunc verè ipsum nec meti-
tur nec componit tempus. Arist. ibid. t. 89. & 106.

LII. Et est tempus Ens reale. Toletus 4. phys. quest. 15.

LIII. Ac quatenus naturam sui motus observat, qui res
suo de statu dimovet, & ad interitum deducit, est magis causa
interitus quàm ortus. Arist. 4. phys. t. 117.

LIV. Ubi rectè hoc tempore exclamari possit: O tempus
inexorabile, quo totum nunc mundum rapis? ad bellum? ad
mortem? ad extremum judicij diem. Cas. lapid. phil. in fin.
4. phys.

LV. Cæterum in tempore sunt omnes substantiæ natura-
les, quantum ad esse physicum. Tolet. l. d. quest. 14.

LVI. DEVS verò & Angeli coexistunt tempori,
quia sunt quando tempus est, non tamen sunt in tempore.
Tolet. ibid.

LVII. Exerceamus enim ingenium in physicis, ut percipi-
amus naturæ vires: constanter tamen credamus, quæ procedunt

ex ore DEI, ut supra Naturam eleuati, & cum DEO iuncti, ipse
bono, uero & pulcro perennia secula fruamur. Piccol. lib. de Mot.
c. 21.

LVIII. Et hac de loco & tempore. Quasi cui non sufficiant,
perpendat nobiscum

SEQUENTIA:

I.

An locus sit in predicamento Relatio-
nis. Aff.

II.

An proprie dicatur à Scholasticis: DE-
VS est in loco repletive; Angeli de-
finitive?

III.

An Tempus à motu distinguatur? Aff.

IV.

An de aternitate & æuo tractare sit phy-
sici? Neg.

ΕΛΕΝΧΙΟΥΣ Confessorum.

Προδιαβαλλία examinis partium Catecheseos minoris 248. g. lineam com-
mendationem Catecheseos, edita a D. Zadaris SCHILTERO.

Synopsis Ius προδιαβαλλίας, eisd.

Analysis Articuli Symboli Apostolici, eisd. D. Schitt.

• προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Hallen.

Alia prodis. eisd.

Alia eid.

προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Volzradt.

προδιαβαλλίας nuptiarum Dn. Adami Georgii.

Volzradt nuptiarum filii successu latu Alberto Georgio.

Disputatio de loco et tempore M. Fickler.

Disputatio de Demonstratione M. Escheri.

Consultatio ex 1. Reg. 12. aliquot orationibus expressa Francos.
in collegio privato M. Calchi Gropfieri.

Oratio de unitate et progressu certaminum Nestorianorum et Eutychariorum
in articulo de Persona Christi Wolf. Franzii. 13 N.

Disputatio de Persona Domini nostri Jesu Christi, eisd. Franzii. 13 N.

VD 17

7

Quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

Quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

... quod est ...

Quod est ... **Q**uod est ... **Q**uod est ...



Inches
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

UTATIO V.
DE
COE T
MPORE.

us themata
Academia Viadrina
SVB
Numinis auspicio
&
RESIDIO
GEORGII FICLERI,
ENSIS MISNICI
endenda suscepit
AS MAGIRVS
ngerm: March.
em 7. Novembris
ANNO
a nebls paCeM.
tinis, Loco consueto.
Typis
LAI VOLTZII.

1607

49